 um ego: filius regum antiquo-  
 rum: Vbi sunt nunc sapientes  
 tui: Annuncient tibi. et indi-  
 cent quid cogitauit dñs exer-  
 cituum super egyptum. Stulti facti  
 sunt principes thaneos: emac-  
 uerunt principes menpheos:  
 decerpunt egyptum. angulum  
 populorum eius. Dñs miscuit  
 in medio eius spiritum utiginis:  
 et errare fecerunt egyptum in  
 omni opere suo. sicut errat ebru-

us et uomens: et non erit egypto opus quod faciat caput et caudam: incurvantem et frenantem. In die illa erit egyptus quasi mulieres: et stupebunt et timebunt a facie commotis manus domini exercituum. quam ille mouebit super eam: et erit terra iuda egypto in pauore. Omnis qui illius fuit recordatus: pauebit a facie filii domini exercituum. quod ipse cogitauit super eam. In die illo erunt quinque ciuitates in terra egypti. loquentes lingua chanaan: et iurantes pro domino exercituum. Ciuitas solus uocabitur una. In die illa erit altare domini in medio terre egypti. et titulus domini iuxta finem eius: et erit in signum et testimonium domino exercituum in terra egypti. Ciuiabunt enim ad dominum a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et pugnatorem. qui liberet eos. Et ignosceat dominus ab egypto: et ignoscent egypti dominum in die illa. et colent eum in hostiis et munibus: et uota uouebunt domino et soluent. Et percussit dominus egyptum plaga et sanabit eam: et reuertentur ad dominum et placabitur eis: et sana-

bit eos. In die illa erit uia de egypto in assyrios: et intrabit assyrius egyptum. et egyptus in assyrios: et seruient egypti assur. In die illa erit israhel inus egyptio et assirio: benedictio in medio terre cui benedixit dominus exercituum dicens. benedictus populus meus egypti. et opus manuum mearum assirio: hereditas autem mea israhel. **XX**  
**N** anno quo ingressus est charatan in azotum. cum misisset eum sargon rex assyriorum. et pugnasset contra azotum. et cepisset eam. in tempore illo locutus est dominus in manu isaie filii amos. dicens. Vade et solue saccum de lumbis tuis: et calciamenta tolle tua de pedibus tuis. Et fecit sic: uadens nudus et discalciatus. Dixit dominus. Sicut ambulauit seruus meus nudus isaias et discalciatus: triu annorum signum. et portentum erit super egyptum et super ethiopiā. Sic minabitur rex assyriorum captiuitatem egypti. et transmigrationem ethiopiae. iuuenum et senum. nudam et discalciatam discopulis natibus: ad ignominiam egypti. Et timebunt et confundentur ab ethio-

plia spe sua: et ab egypto gloria sua. Et dicit hitator: insule huius in die illa. Ecce hec erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium: ut liberaret nos a facie regis assyriorum. Et quomodo effugere poterimus nos?

**ANUS DESERTI MANIS. XXI**

Sicut turvines ab affrico ueni ueniunt de deserto ueni: de terra horribili uisio dura nuntiata est michi. Qui incredulus est infidelis ager: et qui depopulator est uastat. Ascende elam: obside mede. omnem gemitum eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me. sicut angustia parturientis. Corruam cum audierim: turbatus sum cum uiderem: emarcuit cor meum: tenebre stupefecerunt me. Babilon dilecta mea: posita est michi in miraculum. Pone in saam: contemplate in specula. Comedentes et bibentes. surgite principes: arripite clipeum. Hec enim dixit michi dominus. Vade et pone speculatozem: et quodcumque uiderit annunciet. Et uidit currum duorum equorum: ascensozem asini. et ascensozem carmeli. Et contemplatus est diligenter multo itin-

tu: et clamauit leo. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem: et super custodia mea ego sum stans totis noctibus. Ecce iste uenit ascensor iur bige equorum. Et respondit et dixit. Cecidit cecidit babilon: et omnia sculptilia deorum eius iuxta sunt in terra. Tutura mea et filia aree mee: que audiui a domino exercituum deo israel annunciam uobis. Dominus diuina. Nomen clamat ex seir. Custos qui de nocte: custos qui de nocte. Dixit custos. Venio mane et nox. Si quis querite: iustitiam et ueritate. Dominus in arabia. I saltu ad uespam dormietis: in semitis todanum. Occurrentes silenti. ferte aquam: qui hitatis terram austri cum panibus occurrere fugienti. A facie enim gladioz fugerunt: a facie gladii imminetis: a facie arcus extenti: a facie grauis prelii: quoniam hec dicit dominus ad me. Adhuc in anno uino. quoniam in anno incennari: et aufertur omnis gloria cedar: et relique nuntii sagittarioz fortium de filiis cedar imminuent. Dominus enim deus israel: locutus est.

**ANUS UALLIS UISTOIS. XXII**



Quidnam tibi quoque est. quia ascendisti et tu omnis in terra. clamoris plena urbs frequens. ciuitas exultans. Infecti tui. non infecti gladio: nec mortui tui in bello. Cuncti principes tui fugerunt simul: dureque ligati sunt. Omnes qui iuuenti sunt uincti sunt pariter: procul fugerunt. Propterea dixi. Recedite a me: amare flebo. Nolite incumbere ut solemini me super uastitate filie populi mei. Dies enim infectionis et calcationis. et fletum domino deo exercituum in ualle uisionis: scrutans murum. et magnificus super montem. Et helam sumpsit pharetram. curru hominis equitis: et pariter nudabit clipeus. Ferunt electe ualles tue plene quadrigarum. et equites ponent sedes suas in porta: et reuelabunt opimentum uide. et uidebitis illa die armamentarium domus salutaris: et salutaris ciuitatis dauid uidebitis. quia multiplicatae sunt. Et congregastis aquas piscine inferioris. et domos ierusalensem numerastis. et destruxistis domos ad munendum murum. et lacum fecistis inter duos

muros. et aqua piscine ueteris: et non suspensistis ad eum qui fecerat eam: et operatorem eius de longe non uidistis. Et uocabit dominus exercituum in die illa ad plancium. et ad fletum. ad caluicium. et ad cingulum sacci: et ecce gaudium et leticia occidere iutulos. et iugulare arietes: comedere carnes. et bibere uinum. Comedamus et bibamus: cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis domini exercituum. Si dimittet iniquitas hec uobis. donec moriamini: dicit dominus exercituum. Hec dicit dominus deus exercituum. Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad sobanum positum templi: et dices ad eum. Quid tu hic aut quasi quis hic: quia excidisti tibi hic sepulchrum: Excidisti in excelsio memoriale: diligent in peritabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet. sicut asportat gallus gallinacius: et quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione: quasi pilam mittet te in terram latam et spaciosam. Ibi morieris: et ibi erit curru glorie tue ignominia domini

domini tui. Et expellam te de statione tua: et de ministerio tuo depouam te. Et erit. In die illa uocabo seruum meum heliachum filium helchie: et induam illum tunica tua. et cingulo tuo confortabo eum: et potestatem tuam dabo in manu eius: et erit quasi pater habitantibus ierusalem et domui iuda. Et dabo clauem domus dauid super humerum eius: et aperiet et non erit qui claudat: claudet et non erit qui aperiat. Et figam illum parillum in loco fideli. et erit in solium glorie domus patris sui: et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius. uasorum diuisa genera: omne uas paruulum auasis craterarum usque ad omne uas musicorum. In die illa dicit dominus deus exercituum aufere parillum qui fixus fuerat in loco fideli. et frange et cades: et prohibe quod pependit in eo: quia dominus locutus est. **XXIII**

**Q**uius tyri. Ululate naues maris: quia uastata est domus unde uenire consueuerant. De terra cethum reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula: negociatio sidonis. Transfretantes mare. repleuerunt te in a

quis multis. Semen nili. messis fluminis. fruges eius: et facta est negociatio gentium. Erubescite sidon: ait enim mare: fortitudo maris dicens. Non parturui et non peperui et non enutruui iuuenes: nec ad incrementum produxi uirgines. Cum auditum fuerit in egypto dolerunt: cum audierint de tyro. Transite maria: ululate qui habitatis in insula. Nunquid non hec uisa est. que gloriabatur a diebus pristinis in antiquitate sua: Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super tyrum quondam coronatam: cui negociatores principes: instructores eius inclyti terre: Dominus exercituum cogitauit hoc. ut detraheret superbiam omnis glorie: et ad ignominiam deduceret uniuersos inclytos terre. Transi terram tuam. quoniam flumen fluita maris. Non est cingulum ultra tibi. Manum suam extendit supra mare: et turbauit regna. Dominus mandauit ad ius chanaan: ut itereret fortes eius et dixit. Non adicies ultra. ut glorieris: calumniam sustinens

uigo filia sidonis. In cethim  
 surgens transfreta: ibi quoque  
 non erit requies tibi. Ecce ira  
 chaldeorum: talis populus non  
 fuit: assur fundavit eam. In  
 captivitate transduxerunt robur  
 ros eius: suffoderunt domos  
 eius: posuerunt eam in ruinam.  
 Vlulate naues maris: quia  
 devastata est fortitudo vestra. Et  
 erit. In die illa. in oblivione e  
 ris o tyre. septuaginta annis.  
 sicut dies regis. Post septua  
 ginta autem annos erit tyro  
 quasi canticum metricis. Su  
 me cytharam: circum civitatem  
 meretrici oblivioni tradita.  
 Bene cane: frequenta canti  
 cum: ut memoria tua sit. Et e  
 rit. Post septuaginta annos  
 visitabit dominus tyrum. et redu  
 cet eam ad micedes suas: et  
 tursu fornicabit cum uniu  
 ersis regnis terre super faciem terre:  
 et erunt negotiationes eius.  
 et micedes eius sanctificate domino.  
 Non identur neque reponentur:  
 quia his qui habitaverunt co  
 ram domino. erit negotiatio eius:  
 ut manducent in saturita  
 te. et uestiantur usque ad ue  
 rustatem. **XXIII**

7uni

**E**cce dominus dissipabit terram  
 et nudabit eam: et affli  
 get faciem eius. et disperget hi  
 tatores eius. Et erit. Sicut  
 populus sic sacerdos: et sicut  
 servus sic dominus eius: et sicut  
 ancilla. sic domina eius: sicut e  
 mens sic ille qui vendit: si  
 cut fenerator: sic is qui mu  
 tuum accipit: sicut qui repetit.  
 sic qui debet. Dissipatione  
 dissipabit terra: et direptione  
 perdat. Dominus enim locutus est  
 verbum hoc. Luxit et defluxit ter  
 ra: et infirmata est. Defluxit  
 orbis et infirmata est altitu  
 do populi terre. et terra infecta  
 est ab habitatoribus suis: quia  
 transgressi sunt leges: muta  
 verunt ius: dissipaverunt fedus  
 sempiternum. Propter hoc male  
 dictio uocabit terram: et pec  
 cabunt hitatores eius: et re  
 linquentur homines pauci. Luxit  
 vindemia et infirmata est  
 vitis: ingemuerunt omnes  
 qui letabantur corde. Cessavit  
 gaudium tympanorum: quievit  
 sonitus letantium. Conticuit  
 dulcedo cythare cum cantico.  
 Non bibent vinum: amara e  
 rit portio bibentibus illam. No  
 n iteo insanient cultores eius:

24

14

tuta est ciuitas uanitatis:  
 clausa est omnis domus nul  
 lo introeunte. **U**amoz erit  
 sup uino in plateis: deserta  
 est omnis leticia: tñslatum  
 est gaudiū terre. Relicta est in  
 urbe solitudo. 7 calamita op  
 primet portas: quia hec erit  
 in medio t're in medio popu  
 loꝝ. **Q**uomodo si pauca oli  
 ue que remanserūt. excutia  
 tur ex olea. 7 racemi cū fuit  
 finita uindemia: hi leuabūt  
 uocē suam atq; laudabunt.  
 cū glorificatus fuerit dñs.  
 hinniēdo de mari. **P**ropter  
 hoc in doctrinis glorificate  
 dñm: et in insulis maris  
 nom dñi dei isrl'. **A** finib; t're  
 laudes audiui: gl'am ius  
 ti. **E**t dixi. **S**ecretū meū mi  
 chi: secretum meum michi.  
**V**e michi. **P**uauantes pre  
 uaricati sunt: et puuati  
 one tñsgressoz puuati sūt.  
**F**ormido et fouea 7 laqueus  
 sup te. qui hitator es t're. **E**t  
 erit. **Q**ui fugit a uoce formi  
 dinis. cadet in foueam: et  
 qui se explicuerit de fouea.  
 tenebit' iaqueo: quia catha  
 racte de excelsis apte sunt:

et iacent' fundamta terre.  
**C**onfractioe i'fringet' t'ra:  
 7 i'fractioe i'teretur t'ra. **C**ō  
 motione cōmouebit' terra:  
 agitatione agitabit' terra si  
 cut ebrius. et aufetur q'ra  
 bñaculū unius noctis: et  
 grauabit eam iniquitas sua.  
 7 corruet: et nō adiacet ut re  
 surgat. **E**t erit. **I**n die illa ui  
 sicabit dñs sup miliciam  
 celi in excelsis. et sup reges t'  
 re. qui sunt sup t'ram: et ag  
 gabuntur in i'gregatione  
 unius fascis in lacum. et  
 clauden' t'bi in carcere: et  
 post dies multos uisitabū  
 tur. **E**t erubescet luna. et i'  
 fundet' sol: cū regnauit dō  
 exercituum in monte sion et  
 in ierlm: et in i'spectu senū  
 suoz fuit glorificatus. **XXV.**  
**D**ñe d's m's es tu: exalta  
 bo te. et i'fitebor nomū  
 tuo: qm fecisti mirabilia.  
 cogitationes antiquas fide  
 les amen: quia posuisti ci  
 uitatem in tumulū urbem  
 fortem in tuinam: domū  
 alienoz ut nō sit ciuitas. 7  
 in sempitnū nō edificetur:  
**S**up hoc laudabit te ppl's

וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל

fortis . et ciuitas gentiu ro-  
 bustay timebit te : quia fac-  
 tus es fortitudo paupis . for-  
 titudo egeno in tribulatioe  
 sua : spes a turbine umbra-  
 culu ab estu . **S**piritu enim robu-  
 toz : quasi turbo impellens  
 parietem . **S**icut estus in si-  
 ti tumultu alienoz humili-  
 abis : et quasi calore sub nu-  
 be corrente . **P**agine fortium  
 martescere facies . **E**t facies do-  
 excituum omnibz pplis in  
 monte hoc iuuu pingui .  
 iuuu uindemie : pingui  
 medullatoz . uindemie defe-  
 cate : et precipitabit in monte  
 isto faciem uinculi colliga-  
 ti sup omnes populos : et te-  
 lam qua orditus est sup u-  
 niuersas nationes . **P**recipita-  
 bit morte in sempiternum .  
**E**t auferet dñs dñs lacrima  
 ab omni facie : et opprobriu  
 populi sui auferet de uniu-  
 sa terra : quia dñs locutus e .  
**E**t dicent in die illa . **E**cce  
 dñs nr iste . **E**xpectauimus  
 eum : et saluabit nos . **I**ste  
 dñs . **S**ustinuim eum :  
 exultabim et letabimur i  
 salute eius : quia requi-

esceet manus dñi excituum i  
 monte isto : et circuitabit mo-  
 ab sub eo . sicut circuit palee i  
 plastro : et extendet manus  
 suas sub eo . sicut extendit na-  
 tans ad natandu . et humilia-  
 bit glam eius cu allisionema-  
 niu eius : et munita subli-  
 miu muroz tuoz concident .  
 et humiliabunt : et detrahent  
 in tram usq ad puluerem . **XXVI**

**I**n die illa cantabit canticu ist-  
 tud in tra iuda . **V**rbis fortitu-  
 dinis nre sion saluator : po-  
 nentur in ea murus . et ante  
 murale . **A**pre portas : et ingre-  
 diatur gens iusta custodiens  
 uitatem . **V**etus error abije . **S**-  
 uabis pacem : pace qua i te  
 spauimus . **S**perastis in dño  
 in seculis etius . in dño do for-  
 ti in perpetuum : quia i curua-  
 bit hitantes in excelso : ciuita-  
 te sublimem humiliabit . hu-  
 miliabit eam usq ad tram :  
 detrahet eam usq ad puluerem .  
**C**onculcabit eam pes paupis :  
 gressus egenoz . **S**emita ius-  
 ti recta est : rectus callus iusti  
 ad ambulandu . **E**t in semi-  
 ta iudicioz tuoz dñe sustinu-  
 imus te : nom tuu et memo-

triale tuum in desidio anime.  
**A**nima mea desideravit te in noc-  
 te: et spiritu meo in precordi-  
 is meis de mane iugulabo ad  
 te. Cum fecis iudicia tua in ter-  
 ra: iusticia discunt habitatores  
 orbis. **M**isereamur impro. Et  
 non discet face iusticia: In ira  
 scorum inique gessit. Et non uide-  
 bit gl'am dñi. **D**ñe exaltetur  
 manus tua. et non uideant.  
**V**ideant et confundant. celan-  
 tes populi: et ignis hostes tu-  
 os deuoret. **D**ñe dabis pacem  
 nobis: omnia enim opa nostra o-  
 patus es nob. **D**ñe deus nostri  
 possederunt nos dñi absque te:  
 tantum in te recordemur no-  
 minis tui. **M**orientes non ui-  
 uant: gygantes non resur-  
 gant. **P**ropterea iustificasti et co-  
 tristi eos: et perdidisti omnem  
 memoriam eorum. **I**ndulxisti gen-  
 ti dñe: indulxisti genti. **N**un-  
 quid glorificatus es: et elon-  
 gasti omnes terminos terre. **D**ñe  
 in angustia requisierunt te:  
 in tribulatione murmuris  
 doctrina tua eis. **S**icut que  
 cepit cum appropinquauerit  
 ad partum. dolens clamat in  
 doloribus suis: sic facti sumus.

**I**n facie tua dñe. cepimus et  
 qui parturimus: et peperimus  
 spiritum. **S**alutes non fecimus in  
 terra: ideo non ceciderunt ha-  
 bitatores terre. **V**ivent mor-  
 tui tui: infecti mei resurgent.  
**E**xpugnabimini et laudate qui  
 habitatis in puluere: quia ros  
 lucis ros tuus: et terram gy-  
 gantum detrahes in ruinam.  
**V**ade populus meus intra in ci-  
 uicula tua: claudere ostia tua  
 super te: absconde modicum ad-  
 monitum donec pertransierit in-  
 dignatio mea. **E**cce enim dominus  
 egredietur de loco suo. ut uisi-  
 tet iniquitatem habitatoris terre  
 intra eum: et reuelabit terra  
 sanguinem suum: et non operiet  
 ultra infectos suos. **XXVI**

**I**n die illa uisitabit dominus in  
 gladio suo duro. et grandi et  
 forti super leuathan serpentem  
 uectem. et super leuathan ser-  
 pentem tortuosum: et occidet ce-  
 tum qui in mari est. **I**n die  
 illa uinea mari cantabit ei.  
**E**go dominus qui seruo eam: re-  
 pente perinabo ei. **N**e forte ui-  
 sitetur intra eam: nocte et die  
 seruo eam. **I**ndignatio non  
 est michi: **Q**uis dabit me

spinam et ueprez: In prelio  
 gradiar sup eam; succenda e  
 am pacit. An potius tenebo  
 fortitudinem meam: faciet  
 pacem michi: pacem faciet  
 michi. Qui egdiunt impetu  
 ab iacob: flozebit 7 gminabit  
 isrl: et implebunt faciem or  
 bis semine. Nunquid iuxta  
 plagam pcutientis se pcutit  
 eam: aut sicut occidit infec  
 tos eius sic occisus est: In me  
 suram iuxta m suram. cum ab  
 lecta fuerit iudicabit ea. Me  
 dicatus est in spu suo duro p  
 diem estus. Idcirco sup hoc di  
 mitteret iniquitas domui ia  
 cob: et iste omnis fructus. ut  
 auferat peccatu eius: cu po  
 fuerit omnes lapides altaris.  
 sicut lapides cineris allisos.  
 Non stabunt luci 7 delubra.  
 Ciuitas eni munita desola  
 ta erit: speciosa relinquet. 7  
 dimittet quasi desertum. Ibi  
 pascetur uirulus 7 ibi accu  
 babit: et sumet sumitates  
 eius. In siccitate messis illius  
 iterentur mulieres uemen  
 tes et docentes eam. Non est  
 eni ppl's sapiens. Propterea n  
 miserebit eius qui fecit eu:

et qui formauit eum no par  
 tet ei. Et erit. In die illa pcuti  
 et dñs ab alueo fluminis usq;  
 ad torrente egypti: et uos ig  
 gabimini unus. 7 unus filij  
 isrl. Et erit. In die illa clanget  
 in tuba magna: et uenient  
 qui pditi fuerant de tra assyrio  
 7 qui eieci fuerant in tra e  
 gypci: et adorabunt dñm in  
 monte sco in ierlm. **XXVII**

**D**e corone supbie ebrius ef  
 fraim 7 flori decidenti gle  
 exultationis eius: qui erant  
 in uice uallis pinguiissime.  
 errantes a uino. Ecce ualidus  
 7 fortis dñs. sicut impetus  
 grandinis. turbo 7 fringens:  
 sicut impetus aquarum multa  
 7 iundantiu. 7 emissarum sup  
 tam spaciosam. Pedibus i cul  
 cabitur corona supbie ebrioz  
 effraim: et erit flos decedens  
 glorie exultatois eius. qui est  
 sup uicem uallis pinguium  
 n temporaneu ante maturi  
 tate autum: qd cum aspexerit  
 uidens. statim ut manu te  
 nuerit deuorabit illud. In die  
 illa erit dñs exercituu corona  
 glorie. et ferrum exultatois  
 residuo ppli sui: 7 spe iudicij se

dentis sup iudiciū; et fortitu-  
 do reuicentib; de bello ad portā.  
**V**erum hi quoq; p̄ uino nescie-  
 runt: eo p̄re ebrietate erraue-  
 runt. **S**acerdos et p̄ph̄a erra-  
 uerunt p̄ ebrietate: absorpti  
 sunt a uino. **E**rrauit in ebru-  
 etate: nescierunt uidentē; ig-  
 norauerūt iudiciū. **O**m̄s enī  
 mense replete sunt uomitu  
**I** sordiu q;: ita ut nō eēt ultra lo-  
 cus. **Q**uē docebit scientiam; et  
 quē intelligē faciet auditum:  
**A**blactatos a lacte: auulsos  
 ab uberib;: quia manda remā-  
 da. manda remanda; expecta  
 reexpecta. expecta reexpecta:  
 modicum ibi. modicum ibi.  
**I**n loquela enī labij. et in lingua  
 altera loquet̄ ad pplm istum:  
 cui dixit. hec requies mea re-  
 ficite lassum. et hoc est meū re-  
 frigeriū. et noluerūt audire. et  
 erit eis ūbum dñi manda re-  
 manda. manda remanda;  
 expecta reexpecta. expecta reex-  
 pecta: modicū ibi. modicum  
 ibi: ut uadant et cadant re-  
 trosum. et iterantur; et illa-  
 entur et capiant. **P**rop̄ hoc  
 audite ūbum dñi uiri illuso-  
 res: qui dñamini sup pplm

meū qui est in ierlm. **D**ixisti  
 enī. **P**uissimus fedus cum  
 morte: et cum inferno fecim⁹  
 pactum. **F**lagellū mūdans  
 cū transierit. nō ueniet sup  
 nos: quia posuim⁹ mendaci-  
 um spem nr̄am; et mēdatio  
 peccati sumus. **I**dcirco hec di-  
 cit dñs d̄s. **E**cce ego mittam  
 in fundamentis sion lapidem;  
 lapidem p̄batum. angulatē.  
 p̄ciosum: in fundam̄to fun-  
 datum. **Q**ui credidit nō fes-  
 tinet. **E**cce ponam iudiciū in  
 pondē. et iusticiā in m̄sura: et  
 subūtet grando spem mēda-  
 ci. et p̄rectionem aque iun-  
 dabunt; et delebitur fedus  
 uirū cū morte. et pactū uirū  
 cū inferno nō stabit. **F**lagel-  
 lum iundans cū transierit:  
 etis et in calcationē. **Q**ū-  
 cunq; p̄transierit. tollet uos:  
 qm̄ mane diluculo p̄transi-  
 bit in die et in nocte; et tan-  
 tū modo sola ueratio intellec-  
 tum dabit auditu. **C**oan-  
 gustatū est enī stratiū. ut alē  
 decidat: et palliū breue uttū  
 q; opite non potest. **S**icut  
 enī in monte diuisionū sta-  
 bit dñs: sicut in ualle que



est in gabaon irascet; ut fa-  
 ciat opus suum. alienum est  
 opus eius: ut operetur opus  
 suum pegrinum est opus ab  
 eo. Et nunc nolite illudere:  
 ne forte stringant uincula  
 uestra. Consumatione enim et  
 abbreviatione audiu ad dno  
 deo exercituum sup uniuersam  
 terram. Nunc; pcepit et audite  
 uocem meam: audite et atten-  
 dite eloquium meum. Nunquid  
 tota die arabio arans ut se-  
 rat; et pferat et faciet hu-  
 miliam suam: Nonne cum ade-  
 quauit faciem eius: seret  
 gith et cyminum sparget; et po-  
 net triticum p ordine. et ordeum  
 et milium et uiciam in fini-  
 bus suis: Et erudiet illum iu-  
 dicio: d's suis docebit illum.  
 Non enim in ferris triturabit  
 gith. nec rota plaustrum sup cy-  
 minum circuet: s; in uirga ex-  
 cutietur gith et cyminum in  
 baculo: panis autem comminu-  
 etur. Verum non in perpetuum  
 triturans triturabit illum:  
 neque uerabit eum rota plaus-  
 tri; nec in unguibus suis com-  
 minuet eum. Et hoc a dno deo  
 exercituum exiit: ut mira-

bile faceret israhel. et magnifi-  
 icaret iusticiam. **XXIX**

**Q**ue arhel arhel: ciuitas  
 quia expugnauit dauid.  
 Additus est annus ad annum:  
 sollempnitates euoluce sunt.  
 Et circuuallabo arhel. et erit  
 tristis et merens: et erit michi  
 quasi arhel. Et circumdabo  
 quasi speram in circuitu tuo.  
 Et faciam iura te aggerem: et  
 munimenta ponam in obsidi-  
 onem tuam. Humiliabis:  
 de terra loqueris. et de humo au-  
 dietur eloquium tuum. Et erit  
 phitonis de terra uox tua: et  
 de humo eloquium tuum musi-  
 tabit. Et erit sicut puluis  
 tenuis. multitudo uentilan-  
 tiu te: et sicut fauilla ptrafi-  
 ens. multitudo eorum qui iura  
 te pualuerunt. Et erit repe-  
 te iestim a dno exercituum. ui-  
 sitabit in tonitruo et commoti-  
 one terre. et uoce magna tur-  
 binis et tempestatis. et flamma  
 ignis deuorantis. Et erit sic  
 somnium uisionis nocturne.  
 multitudo omnium gentium  
 que dimicauerunt iura arhel:  
 et omnes qui militauerunt. et  
 obsederunt et pualuerunt ad

usus eam. Et sicut somniat  
 esuriens et comedit. cū autē  
 fuerit experrectus. uacua est  
 anima eius. et sicut somniat  
 sitiens et bibit. et postquā  
 fuerit experge factus lassus  
 adhuc sitit. et aīa eius uacu  
 a est: sic erit multitudo omniū  
 gentiū que dimicauerūt i tra  
 montē sion. **O**bstupescite et  
 admiramini: fluctuate et ua  
 cillate; inebriamini et nō a  
 uino: mouemini et nō ab e  
 brietate; qm̄ miscuit dñs uo  
 bis spm̄ saporis. **C**laudet oca  
 los uros: pphetas et pncipes  
 uros qui uident uisiones o  
 periet. **E**t erit uobis uisio oī  
 um. sicut ūba libri signati:  
 quē cū dederint scienti litteras  
 dicent lege istum; et responde  
 bit. **N**on possum: signatus  
 est enī. **E**t dabit liber nesciē  
 ti litteras. diciturq; ei lege: et  
 respondebit. **N**escio litteras. **E**t  
 dixit dñs. **E**o qd̄ appropin  
 quat ppls iste ore suo. et la  
 bys suis glorificat me. cor  
 autē eorū longe est a me. et ti  
 muerunt me mandato ho  
 minū et doctrinis: ideo ecce  
 ego addam ut admirationē

faciam. p̄plo huic miraculo  
 grandi et stupendo. **P**eribit  
 enī sapientia. a sapientib; ei:  
 et intellectus prudentiū eius  
 abscondet. **V**e qui p̄fundis es  
 tis corde. ut a domino abscon  
 datis consilium. quorū sunt i  
 tenebris opa. et dicūt. **Q**is  
 uidet nos. et quis nouit nos:  
**P**ueris est hec uīa cogitatio:  
 quasi si lutum i tra figulum  
 cogitet; et dicat opus factori  
 suo nō feasti me: et figmen  
 tum dicat factori suo nō ielli  
 gis. **N**onne adhuc in modico.  
 et in breui iūterit libanus  
 in chermel: et chermel i sal  
 tum reputabit. **E**t audient  
 in die illa surdi ūba libri. et  
 de tenebris et caligine oculi  
 cecorū uidebunt: et addent  
 mites in dño leticiā. et pau  
 pes homines in scō isrl̄ exul  
 tabunt; qm̄ deficiat qui p̄ua  
 lebat: iūmatus est illusor;  
 et succisi sunt om̄s qui iugi  
 labant sup iniquitatē: qui  
 peccare faciebant homines  
 in ūbo. et arguentē in por  
 ta supplantabant; et declina  
 uerunt frustra a iusto. **P**rop  
 ter hoc hec dicit dñs ad do

miu iacob: qui redemit abra-  
ham. Non modo confundetur  
iacob. nec modo uultus eius  
erubescet: s; cum uiderit fili-  
os suos opa manuu meaz  
in medio sui. scificantes no-  
men meū. Et scificabunt  
scm iacob. et deum isrl' pdica-  
bunt: et sciunt errantes spū  
intellectū. et musicatores dis-  
cent legem. **XXX**

**Q**ue filii desertores dicit dō?  
ut facētis isrlū et nō ex-  
me: et ordiemini telam. et  
nō p spm meū; ut adderetis  
peccatū sup peccatū: qui am-  
bulatis ut descendatis i egyp-  
tum. et os meū nō interrogas-  
tis; spantes auxiliū in forti-  
tudine phaonis. et hñtes fi-  
duciam in umbra egypti. Et  
erit uobis fortitudo pharao-  
nis in confusione: et fiducia ū-  
bre egypti in ignominia. Et  
erant enī in thanis pncipes  
tū: et nuncij tui usq; ad anes  
puenerūt. Omnis confusi sunt  
sup populo. qui eis prodesse  
nō potuit. Non fuerūt in au-  
xilium et in aliqua utilitate:  
s; in confusione et in opprobriū.  
Onus iumentoz austr. In cō-

tra tribulatiois et angustie lee-  
na et leo: ex eis uipera et regu-  
lus uolans; portantes sup  
humeros iumentoz diuicias  
suas. et sup gibbum camelo-  
rum thesauros suos. ad poplin  
qui eis prodesse nō poterit. Egip-  
tus enī frustra et uane auxilia-  
bit. Ideo clamaui sup hoc: su-  
pbia tantū est. quiesce. Nūc  
ingressus scribe eis sup buxū.  
et in libro diligenti exara illud:  
et erit in die nouissimo in tes-  
timoniū usq; in eternum. Po-  
pulus enī ad iracundiam p-  
uocans est. et filij mendaces.  
filij nolentes audire legē dei.  
qui dicunt uidentib; nolite  
uidere. et aspicientib; nolite as-  
picere nobis ea que recta sūt.  
Loquimini nobis placentia:  
uidete nobis errores. Aufer-  
te a me iram; declinate a me  
semitam: cesser a facie nrā  
scūs isrl'. Propterea hec dicit  
dñs. scūs isrl'. Pro eo qd rep-  
basti ūbum hoc: et sperastis  
in calūniam. et tumultū et i-  
nixa estis sup eo; propterea erit  
uobis iniquitas hec sicut in-  
fruptio cadens. et requisita i-  
muro excelso: qm subito dū

18

nō sperat ueniet iudicio eius;  
 et cōminuet sicut ieritcur la  
 gena figuli ieritcur ne pualida:  
 et nō inueniet de fragmentis  
 eius testa in qua portet igni  
 culus de incendio. aut hauri  
 atur parū aque de fouea; q̄a  
 hec dicit dñs d̄s sc̄us isrl̄. **S**  
 reit̄t̄mini. et quiescatis.  
 salui eritis. **I**n silentio et i spe  
 erit fortitudo ur̄a. **N**oluistis:  
 et dixistis. **N**equaquā: s̄; ad e  
 quos fugiem? **I**deo fugietis.  
**E**t sup̄ ueloces ascendentis.  
**I**deo ueloces erunt. qui perse  
 quentur uos. **M**ille hoīes  
 a facie troris unius. et a facie  
 troris quinq; fugietis mul  
 ti: donec relinq̄mini q̄i ma  
 lus nauis in uertice mōtis;  
 et q̄i signū sup̄ collem. **P**rop  
 terea expectat dñs. ut misere  
 atur uestri: et ideo exaltabit̄  
 patrens uobis; quia d̄s iu  
 dicy dñs. **B**eati om̄s qui ex  
 pectant eum. **P**opulus enī  
 sion h̄itabit in ierlm̄. **P**lo  
 rans nequaquā plorabis:  
 miserans miserebitur tu.  
**N**o uocem clamoris tui. sta  
 tim ut audierit. respondebit  
 tibi. **E**t dabit uobis dō' pa

nem arcum. et aquā breuē:  
 et nō faciet auolare a te ultra  
 doctorem tuū; et erūt oculi  
 tui uidentes p̄ceptorem tuū.  
 et aures tue audient ūbum  
 post t̄gum mouentis. **H**ec  
 uia ambulate in ea: et nō de  
 clinabit̄ neq; ad dextram  
 neq; ad sinistram. **E**t cōta  
 minabis laminas sculpti  
 lium argenti tui. et uestim̄  
 tum or̄natus auri tui. **E**t dis  
 perges ea sicut imundiciā  
 menstruate. **E**grede. dices  
 ei. **E**t dabit̄ pluuiā semini  
 tuo. ubicunq; seminauis i  
 terra: et panis frugum t̄re  
 erit ub̄rimus et pinguis.  
**P**ascetur in possessione tua  
 in die illa agnus sp̄ciōse:  
 et tauri tui et pulli asinor̄.  
 qui opantur t̄ram cōmix  
 tū migma. comedent sicut i  
 area ut uentilatū est. **E**t e  
 runt sup̄ omnē montē ex  
 celsum. et sup̄ omnē collem  
 eleuatū tuū currentiū aq̄  
 rum: in die infectōis mul  
 toꝝ. cū ceciderint turres. **E**t  
 erit lux lune. sicut lux solis:  
 et lux solis erit septempliat̄  
 sicut lux septem dieꝝ: i die

qua alligauit dñs uulnus  
populi sui. et percussuram pla  
ge eius sanauerit. Ecce nom  
dñi uenit de longinquo: ar  
dens furor eius. et grauis ad  
portandū. Labia eius reple  
ta sunt indignatione: et lin  
gua eius sicut ignis deuorans.  
Spiritus eius uelut torrens iun  
dans usque ad medium colli:  
ad percipiendas gentes in nichilum.  
et frenū erroris quod erat  
in maxillis populorum. Canti  
cū erit uobis sicut uox sanctifica  
te sollempnitatis: et leticia cor  
dis. sicut qui pergit cū tibia  
ut intret in montē dñi ad for  
tem israhel. Et audita faciet do  
gloriam uocis sue in leticia: et  
iracundiam brachii sui ostendet in  
cominatione furoris. et flā  
ma ignis deuorantis. Nū  
dec in turbine. et in lapide gū  
diuis. Auoce enim dñi paue  
bit assur uirga percussus: et  
erit cōsitus uirge fundatus  
quā requiescere faciet dñs sup  
eum. In tympanis et cytha  
ris. et in bellis percipius expug  
nabit eos. Preparata est ei  
ab eritophet a rege preparata.  
profunda et dilatata. Nutrimē

ta eius ignis et ligna multa.

Flatus dñi sicut torrens sul  
phuris succendens eam. XXXI

**Q**ui descendunt in egyptum  
ad auxiliū: in equis  
spantes. et hūctes fiduciā sup  
quadrigis quia multe sunt.  
et sup equitibus quia p̄ualidi  
nimis: et nō sunt confisi sup  
sc̄m israhel: et dñm nō requisie  
runt. Ip̄e autē sapiens adduxit  
malū. et uerba sua nō abstulit:  
et consurget contra domū pessimorum.  
et contra auxiliū operantiū iniquita  
tem. Egyptus homo et nō d̄s.  
et equi eorum caro et nō spiritus. et dñs  
inclinabit manū suā: et cor  
ruet auxiliator. et cades cui p̄s  
tatur auxiliū. simulque om̄s  
consumentur: quia hec dicit dñs  
ad me. Quomodo si rugiat leo.  
et catulus leonis sup p̄dam su  
am. cū occurrerit ei multitudo  
pastorum a uoce eorum nō formi  
dabit. et a multitudinē eorum nō  
pauebit: sic descendet dñs ex  
cituum ut p̄lietur sup mon  
tem sion. et sup collem eius.  
Sicut aues uolantes. sic p̄te  
get dñs exercituum ierlm: pro  
regens et libans: transiens  
et saluans. Conuētum sicut

in profundum recesseratis. fuy  
 isrl. In die enim illa abiciet uiri  
 dola argenti sui. et idola auri  
 sui que fecerunt uobis man  
 uere in peccatu: et cadet assur  
 in gladio non uiri. et gladius  
 non hominis uocabit eum. et fu  
 giet non a facie gladii; et iuue  
 nes eius uertigales erunt. et  
 fortitudo eius a timore transibit:  
 et pauebunt fugientes principes  
 eius. Dixit dominus cuius ignis est  
 in sion: et caminum eius in ieru  
 salē. **E**re in **XXXII** salem.  
 iusticia regnabit rex. et  
 principes eius in iudicio pe  
 tunc: et erit uir sicut qui abs  
 conditur a uento. et celat se a  
 tempestate: sicut uuu aquarum  
 in siti. et umbra petre pmi  
 nentis in terra deserta. Non ca  
 ligabunt oculi uidentium. et  
 aures audientium diligenti  
 auscultabunt: et cor stultorum in  
 telliget scientiam; et lingua  
 balborum uelociter loquetur eo  
 plane. Non uocabitur ultra  
 is qui insipiens est princeps:  
 neque fraudulentus appellabitur  
 maior. Stultus enim fatua  
 loquetur. et cor eius faciet iniqui  
 tatem: ut perficiat simulationem.

et loquatur ad dominum fraudulen  
 ti; et uacuet faciat animam esuri  
 entis. et potum sitienti auferat.  
 fraudulentum uasa pessima  
 sunt. Ipse enim cogitationes con  
 tinuauit ad prendendos mites  
 in sermone mendacium: cum lo  
 queretur pauperum iudicium. Prin  
 ceps uero ea que digna sunt  
 principe cogitabit: et ipse super  
 duces stabit. Mulieres opu  
 lente surgite: et audite uocem  
 meam; siue confidentes. pro  
 pite auribus eloquium meum.  
 Post dies enim et annum. et uos  
 turbabimini confidentes. In  
 sumata est enim uindicta:  
 collectio ultra non ueniet. Ob  
 stupefate opulente: et tur  
 bami confidentes; exuite  
 uos et confundimini. Attingi  
 te lumbos uos super ubera:  
 plangite super regione deside  
 tabili; super uinea fertili. Su  
 per humum populi mei spine et  
 uepres ascendent; quanto  
 magis super omnis domus gau  
 dii ciuitatis exultantis: do  
 mus enim dimissa est: multi  
 tudo urbis relicta est. Tene  
 bre et palpato facie sunt  
 super speluncas usque in eternum.

gaudium onagrorum. pascua gregum: donec effundat super nos spiritus de excelso. Et erit desertum in chermel. et chermel in saltum reputabitur: et habitabit in solitudine iudicium. et iusticia in chermel sedebit. Et erit opus iusticie pax. et cultus iusticie silentium. et securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis. et in tabernaculis fidei. et in requie opulenta: grando autem in descensione saltus: et humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas: mittentes pedem bouis et asini. **XXXIII**  
**Q**ui perdat: nonne et ipse perdetur: et qui spernit: nonne et ipse spernetur: Cui consumauerit de predatione: perdetur: cui fangatus desierit: contemnerit. contemnerit. Domine miserere nunc. te enim expectauimus: esto brachium nostrum in mane. et salus nostra in tempore tribulationis. Nuncce angeli fugerunt populi: et ab exaltatione tua disperse sunt gentes. Et congregabuntur spolia uestra.

sicut colligitur brucis: uelut cum fosse plene fuerint de eo. Magnificatus est dominus quoniam habitauit in excelso: impleuit sion iudicio et iusticia: et erit fides in temporibus suis. Diuitie salutis sapientia et scientia: timor domini ipse est thesaurus eius. Ecce uidentes clamabunt foris: angeli pacis amate flebunt. Dissipate sunt uice: cessauit transiens per semitam: irritum factum est pactum: perierunt ciuitates: non reputauit homines. Luxit et elanguit terra: confusus est libanus et obsurduit: et factus est saron sicut desertum: et percussa est basan et carmelus. Nunc insurgam dicat dominus: nunc exaltabor: nunc subleuabor. Incipietis ardorem: et parietis stipulam. Spiritus ueritatis ut ignis uozabit uos: et erunt populi quasi de incendio cinis. Spine congregate igni comburentur. Audite qui longe estis que fecerim: et cognoscite uicini fortitudinem meam. Confitti sunt in sion peccatores: possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de uobis

cū igne deuorante: Quis ha-  
bitabit ex uobis cū ardorib;  
sempiternis: Qui ambulat i  
iusticijs: et loquitur ueritates: et  
propterea auariciam ex calum-  
nia. et excutit manus suas  
ab omni munere: qui obtu-  
rat aures suas ne audiat sa-  
guinem; et claudit oculos  
suos ne uideat malum. Iste i  
excelsis habitabit: munimenta  
saxorum sublimitas eius. Pa-  
nis ei datus est: aque eius  
fideles sunt. Regem in deco-  
te suo uidebunt: oculi eius  
cernent iram de longe. cor tu-  
um meditabitur timore. Vbi  
est litigator: Vbi legis uerba  
ponderans: Vbi doctor paru-  
ulorum: Populum impruden-  
tem non uidebitis populum alti sino-  
nis. ita ut non possis intel-  
lige discretitudine lingue eius:  
in quo nulla est sapientia.  
Respice sion ciuitatem sollemp-  
nitatis nostre. Oculi tui uide-  
bunt ierusalem. habitationem o-  
pulentiam: tabernaculum quod ne-  
quaquam transferri poterit;  
nec auferentur clauis eius in  
sempiternum. et omnes funiculi e-  
ius non rumpentur: quia so-

lūmodo ibi magnus dñs nŕ;  
locus fluuioꝝ: riuu latissimi  
et patentes. Non transibit per  
eum nauis remigū: neq; tu-  
entis magna transgredietur eū.  
Dñs enim iudex nostŕ; dñs le-  
gifer nŕ; dñs rex nŕ; ipse sal-  
uabit nos. Laxati sūt funi-  
culi tui: s; non preualebunt.  
Sic erit malus tuus: ut di-  
latare signū nō queas. Tūc  
diuidentur spolia predatum  
multarū. Claudi diripient  
rapinam: nec dicet uici-  
nus elanguit. Populus qui  
habitabit in ea: auferentur ab  
eo iniquitas. **XXXIII**

**A**ccedite gentes et audite.  
Et populi attendite: au-  
diat terra et plenitudo eius;  
orbis et omne germen eius:  
quia indignatio dñi super  
omnes gentes; et furor super  
uniuersam maliciam eorum. In-  
fectus eos: et dedit eos in oc-  
asionem. Infecti eorum proci-  
entur: et de cadauibus eorum  
ascendet fetor. Tabescunt  
montes a sanguine eorum. et  
tabescet omnis militia ce-  
lorum: et complicabuntur sicut  
liber celi. et omnis militia e-



oz defluet. sicut defluit foliū  
 de uinea et de ficu: qm̄ inebri  
 atus est in celo gladius me  
 us. Ecce sup̄ idumeā descen  
 det: ⁊ sup̄ pplm̄ infectionis  
 mee ad iudiciū. Gladi' dñi  
 repletus est sanguine; icraf  
 satus est adipe: de sanguīe  
 agnoz et hitroz; de sangui  
 ne medullatoz aretū. Vic  
 tima etiā dñi in hostia: et inf  
 ectio magna in tra edom. Et  
 descendenc unicornes cū eis:  
 ⁊ tauri cū potentibz. Inebria  
 bitur tra eoz sanguine ⁊ hu  
 mus eoz adipe pinguium.  
 quia dies ultionis dñi: an  
 nus retributionis iudicij si  
 on. Et uicentur torrentes e  
 ius in picem ⁊ humus eius  
 in sulphur: et erit tra eius  
 in picem ardente nocte et  
 die. Non extinguet in sem  
 pitnum. Ascendet fumus e  
 ius a generatione in generatio  
 nem: desolabitur in secula  
 seculoz. Non erit tñsiens p  
 eam. Et possidebunt illam  
 onocrotalus ⁊ ericius: eri  
 bix et coruus habitabunt in  
 ea. Et extendetur sup̄ eam  
 insura. ut redigatur ad ni

chilum: et ppendiculum inde  
 solationem. Nobiles eius nō  
 erunt ibi: regem potius iuo  
 cabunt; et om̄s principes ei  
 erunt in nichilum. Et orie  
 tur in domibz eius spine ec  
 urtice: et paluitus in mu  
 nitionibz eius. Et erit cubi  
 le draconū et pascua struti  
 onū: et occurrent demonia.  
 onocentauris; et pilosus  
 clamabit alter ad alterū. Ibi  
 cubavit lamia: et inuenit  
 sibi requiem. Ibi habuit fo  
 ueam ericius. ⁊ enutruuit  
 catulos: et circumfodit. ⁊ fo  
 uit in umbra eius. Illic ig  
 gati sunt milui. alter ad al  
 terū. Requiritte diligenti in  
 libro dñi et legite: unū ex e  
 is non defuit; alio alterum  
 nō quesiuo: quia qd̄ ex ore  
 meo pcedit. ille mandauit;  
 ⁊ sp̄c eius ip̄c congregauit ea.  
 et ip̄c misit eis sortem; et  
 manus eius. diuisit eam u  
 lis in mensurā. Usq; in eter  
 nū possidebunt eam: in ge  
 nerationē et generationē ha  
 bitabunt in ea. **XXV**

**L**etabitur deserta et iuia:  
 et exultabit solitudo. et



florebit q̄i lilium. **G**minas  
 gminabit: et exultabit leta  
 bunda et laudans. **G**loria li  
 bani data est ei: decor carne  
 li et saron. **I**pi uidebunt glam  
 dñi: et decorem dei nri. **C**on  
 fortate manus dissolutas:  
 et genua debilia roborate.  
**D**icite pusillanimis. **C**on  
 fortamini: et nolite timere.  
**E**cce d's n'r ultione adducet  
 retributionis: d's ip'e ueni  
 et saluabit nos. **T**unc aperi  
 entur oculi cecoz: et aures  
 surdoz patebunt. **T**unc sa  
 uet sicut ceruus claudus.  
**E**t apta erit lingua mutoz;  
 quia scisse sunt in deserto a  
 que. **E**t torrentes in solitudi  
 ne: et que erat arida i stag  
 nu. **E**t sitiens in fontes aq̄  
 tum. **I**n cubilibz in quibz  
 prius hitabant dracones.  
 orietur uiror calami et iun  
 ci: et erit ibi semita et uia; et  
 uia sancta uocabit'. **N**o tñsi  
 bit p'eam pollutus: et hec  
 erit nobis directa uia. ita  
 uo stulti no errent p'eam.  
**N**o erit ibi leo. **E**t mala besti  
 a no ascendet p'eam. nec in  
 uenietur ibi: et ambulab't

qui lib'ati fu'nt et redempti  
 a dño. **I**ntentur et ueniet  
 in sion cum laude; et leticia  
 sempitna sup caput eozu.  
**G**audiu et leticiam obtine  
 bunt: fugiet dolor et gemitu.  
**E**t factu **XXXVI**.  
**E**st in quattodecimo a  
 no regis ezechie: ascendit  
 sennacherib rex assuroz  
 sup omnes ciuitates iuda  
 munitas; et cepit eas. **E**t  
 misit rex assuroz rab sa  
 cem de iachis in ierusalē  
 ad regem ezechiam i ma  
 nu graui: et stetit in aque  
 ductu piscine sup'ioris; in  
 uia agri fultionis. **E**t egres  
 sus est ad eum heliachim  
 filius helchie. qui erat sup  
 domu et sobna scriba: et io  
 he filius asaph a cōmenta  
 riy. **E**t dixit ad eos rab sa  
 ces. **D**icite ezechie. **H**ec di  
 cit rex magnus rex assu  
 roz. **Q**ue est ista fiducia q̄  
 confidis; aut quo consilio et  
 fortitudine rebellare dis  
 ponis? **S**up que habes fi  
 duciam; quia recessisti a  
 me? **E**cce confidis sup ba  
 culu arundineu i fractu

istum. sup egyptum. : cui si in  
 nixus fuerit homo. in trabit  
 in manu eius. et pforabit e  
 am. Sic pharao rex egypta  
 omnibz qui pfidunt in eo.  
**Q**uasi respondens michi in do  
 mino deo nro pfidim? : nonne  
 tpe est cuius abstulit ezechias  
 excelsa et altaria; et dixit  
 iude et ierusalē coram altari  
 isto adorabitis. **E**c nūc trade  
 te dño meo regi assyrioz. et  
 dabo tibi duo milia equoz.  
 nec poteris ex te p̄bere ascen  
 sores eoz. **E**c quomodo susti  
 nebis faciem iudicis unius  
 loci ex seruis dñi mei in no  
 tibz; **Q**uasi confidit in egypto.  
 in quadrigis et in equi  
 tibz; et nūc nunquid sine dño  
 ascendi ad t̄ram istam. ut  
 dispererem eam. **D**ñs dixit  
 ad me. **A**scende sup t̄ram istā.  
 et disperse eam. **E**c dixit helia  
 chim. et sobna. et iohe. ad  
 rapsacem. **L**oquere ad suos  
 tuos syra lingua. **I**ntelligi  
 mus enī. **N**e loquaris ad nos  
 iudae in auribz ppli qui ē  
 sup murū. **E**c dixit ad eos  
 rapsaces. **N**unquid ad dñm  
 tuū et ad te misit me dñs

nīs. ut loquerer omnia ūba  
 ista; et nō potius ad uiros  
 qui sedent sup murū. ut co  
 medant sterora sua. et bi  
 bant urinam pedum suoz  
 uobiscum. **E**c stetit in pla  
 ces. et clamauit iudaeice vo  
 ce magna dicens. **A**udite ū  
 ba regis magni. regis assy  
 rioz. **H**ec dicit rex. **N**on se  
 ducat uos ezechias. quia nō  
 poterit eruere uos. et nō uo  
 bis tribuat fiduciam ezechias  
 sup dño dicens; eruens  
 libabit nos dñs. nō dabit  
 ciuitas ista in manu regis as  
 syrioz. **N**olite audire ezechias.  
**H**ec enī dicit rex assyrioz.  
**F**acite mecū benedictionē  
 et egredimini ad me. et come  
 dite unusquisq; uineā suā.  
 et unusquisq; ficum suum.  
 et bibite unusquisq; aquā cist  
 erne sue. donec ueniam et  
 collam uos ad t̄ram que est  
 ut t̄ra ur̄a; t̄ram frum̄ti et  
 uini. t̄ram panū. et uineaz.  
**N**e turbet uos ezechias di  
 cens. dñs libabit nos. **N**un  
 quid libauerunt dii gentiū  
 unusquisq; t̄ram suam suā  
 te manu regis assyrioz. **V**

bi est d's emath. et arphath:  
**V**bi est d's sepharuaim: **N**ū  
 quid libauerunt samaria de  
 manu mea: **Q**uis est ex oī  
 bz d'is tray istaz. qui eruerit  
 tram suam de manu mea; vt  
 eruat d'ns ierlm de manu  
 mea: **E**t siluerūt: et non re  
 sponderūt ei ūbum. **M**anda  
 uerat enī eis rex dicens: ne  
 respondeatis ei. **E**tingssus ē  
 heliachim filius helchie qui  
 erat sup domū. et sobna scri  
 ba. et tohe filius asaph a cō  
 mentariis ad ezechiam scri  
 sis uestibz: et nunciauerūt ei  
 ūba rapsacis. **XXXVII**  
**E**t factū est cum audissz  
 rex ezechias: scdit uesti  
 tūta sua. et obuolutus est  
 sacco; et sedit in cinere. **C**on  
 trauit in templū d'ni: et mi  
